



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

Approbatio Facultatis Theologicæ Ingolstadiensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62620](#)



APPROBATIO FACULTATIS Theologicæ Ingolstadiensis.



Pus hoc Institutionum Canonicarum, in quinque Volumina; totidem Decretalium Libris respondentia, divisarum, ab Admodum Reverendo & Clarissimo P. JACOBO WIESTNER Soc. JESU, SS. Theologiae & SS. Canonum Doctore & Professore quondam nominatissimo magnō studiō pariq; felicitate elaboratum, nihil ab avita nostra Orthodoxa seu Catholica Religione, nec à sanctis Moribus alienum continet, totaque Scientia Juris Ecclesiastici magna doctrinæ ubertate & claritate eō traditur, ac pleraque, quæ occurrere solent, controversiæ breviter quidem, at solidissimè & ad praxin accommodatissimè deciduntur; dignum sanè Autore suo, qui in Universitate nostra Ingolstadiana annos omnino septendecim docendo Juri Pontificio indefessus impendit. Quamobrem, sicut multorum votis diu desideratum fuit, ita non modò sanæ doctrinae Theologis Juriūque peritis ac Studiosis, sed & Pastoribus animarum & Clericis omnibus gratissimum pariter & utilissimum fore, non dubito; proinde & luce publica dignissimum censeo. Ingolstadii die 24. Octobris Anno 1704.

IGNATIUS CHRISTOPHORUS KHERL,
SS. Theologiae Doctor, Serenissimi Bavariae
Electoris & Reverendissimi ac Celsissimi Principis &
Episcopi Eystettensis Consiliarius, Ecclesiae Cathe-
dralis Eystet, Canonicus, Universitatis Ingol-
stadiensis Pro cancellarius & Controvers. Fidei Pro-
fessor Ordinarius, ad D. Virg. Parochus & Facultatis
Theologicæ p. t. Decanus.

) ()

AP.